



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 8. De coagmentatione status Clericalis ex initiatis Sacramento
Ordinis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

non tamen contra suum votum peccare, ex Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 47. Et ratio est, quia talis non vovit castitatem, sed tantummodo vita statum eiusus susceptioni (nonitem soli proposito suscipiendo) annexa est castitas ex accidenti, non ut quid ei essentiale. Vnde si is qui illo modo vovit, contrahit matrimonium ante adimplitionem voti sui peccat quidem impletionem ipsum reddendo sibi impossibilem; sed validum est matrimonium. De obligationibus recitandi horas canonicas & gestandi habitum & tonsuram clericalem ac aliis que incumbunt iniciatis maioribus Ordinibus, dicitur in sequenti tractatu tertio, titulo primo.

Quod vero iniciati minoribus Ordinibus ad recitationem horum canonistarum non teneantur; sed nec aliarum precium, nisi ex decente: Leonardus Lessius libro 2. De iust. & iure cap. 37. num. 46. ex eo confirmatur quod neque iure communii, neque consuetudine vniuersali Ecclesiae ad aliquas obligantur: neque quod Ecclesia vniuersalis relinquit liberum, Episcopos possit in sua Ecclesia facere praecipuum perpetuum, nisi in ea subist peculiaris faciendo ratio, quia vix esse potest in re proposita. Et certe si non solum Papa, sed etiam Episcopi possent onera perpetua imponere, subditu nimil grauarentur, valdeque deficeretur a vniuersitate: cuius obseruatio (praesertim in iis quae pertinent ad sacramenta) facit ad vniuersalim Ecclesiae decus & vniōnem. Secus esset vero, ut idem addit, si Episcopos praeparet bis aut ter aliquas preces recitare, ut septem psalmos aut horas beatæ Virginis: quia id non censeretur onus gravis, vel non ab illo recessus ab vniuersali consuetudine: vt nec si ex causa præcipiteret in sua dioecesi incunare bis, terve. Eamdem doctrinam post Medinam in Cod. De oratione, q. 7. in fine & Sotum lib. 10. De iust. & iure quest. 5. art. 3. non lange ab initio, sequitur Suarez, De religione tract. 4. lib. 4. cap. 16. in fine. Sed potest in contrarium obici quod cum tales adjuncti sint cultui diuino, & gaudent priuilegio clericali tenentur iure naturali aliquid amplius orare quam laici. Ad quod Sotus responderet teneri solum ex honestate, prout prudenter arbitrii fuerint ad naturalem rationem quidem dictare decens esse, ut quid amplius recitent, non praescribere tamen tanquam obligatorium, atque seruandum sub peccato.

CAPUT VIII.

De coagmentatione status Clericalis ex iniciatis sa-
mento Ordinis.

SUMMARIUM.

- 40 Status Clericalis, & gradus illius.
- 41 Quatuor gradus Episcopatus.
- 42 De Patriarchatu, & Primatu.
- 43 De Ar. hierei Episcopatu, & Episcopatu.
- 44 Quae Episcopalem dignitatem habent incumbant ex officio.
- 45 Ea que illi incumbunt iure novo Concilii Tridentini.
- 46 Peccata quibus potest quis ratione Episcopalis dignitatis obnoxius esse, ante si am conservationem.
- 47 Dignitates infra Episcopalem, & primo abbatis, & prioratus.
- 48 Decanatus, & Prepositura.
- 49 Archidiaconatus, & Archibishoperatus.
- 50 Reliqua eiusdem generis dignitates.
- 51 Parochus quis & que iuria parochie, obligatioque illius, suscipienda sacerdotium.
- 52 Vicarius perpetuus ponitur in numero Parochorum.
- 53 De Vicario temporali quendam.
- 54 Peccatorum quibus Parochus obnoxius est, reuocatio ad qua-
tuor capitula.
- 55 De Canonice.
- 56 De habitationibus portione, capellaniis, & prestimonio.
- 57 De Commandatariis.
- 58 De Coadiutoribus.
- 59 De Hospitalaria.

Duo esse genera Christianorum habetur ex D. Hieronymo in cap. Duo sunt, 12. quæst. I. vnum Clerico-

rum, & alterum laicorum, illudque diuino officio mancipari: per hoc scilicet Ordinis sacramentum tanquam institutum ad propagandum in Ecclesia Christiana statum clericalem. Sic dictum à Græco nomine καθοπεια (quod sortem vel hereditatem significat) quia est corum qui ad sortem vel hereditatem Domini Iesu spectant: sive ut habetur ex cap. Clericus, eadem quæst. quia pars sunt Domini Iesu, vel partem habent Dominum Iesum: ut pote qui diuino cultui consecrati procurandarum ad eundem cultum spe- & cantum sacrarum rerum, sollicitudinem suscepérunt. De qua re aduersus sectarios nostri temporis differentem qui volet videre poterit Bellarmínū in tomo 1. Controversiarum, controver. 5. lib. primo. Pro ratione autem iudi- candi de peccatis nobis proposita, institutus de ea tertius sequens tractatus. Quod vero de ipso clericali statu hic ocurrat considerandum, varietas membrorum, que in eodem statu velut corpore quadam cernitur cum disparibus gradibus dignitatis, & iurisdictionis. In Ecclesia enim, quæ terribilis est ut castrorum acies ordinata: Summus Pontifex, quemadmodum habet Bellarm. in praefatione eiusdem libri primi, tanquam Christi, primi, summique Imperatoris vicarius, supremus est: ut pote in D. Petro, cuius successor est, cum summa potestate, & imperio præpositus eidem Ecclesiæ, tanquam Christi castris in terris, ut cam duceret: eundem Christum nobis representans, quamdiu nondum sumus digni ipsum reuelata facie vide.

Sub Summo Pontifice autem sunt Episcopi tanquam Tribuni militares, qui imperant quidem, non tamen totis castris: sed agminis quisque suo. Sunt etiam sub Episcopis dignitatem inferiores ipsi, sed præminentibus aliis, qui tanquam centuriones quidam, singulis cohortibus præsunt. Sunt demum ceteri tanquam administrati diuersa obentes, munera: ad instar eorum qui in temporali militia diuersa obent munia in gratiam, sive Imperatoris, sive Militum. Sic igitur in Ecclesia militante sunt post Papam proxime Clerici constituti in Episcopali dignitate. Deinde Clerici dignitatem inferiores Episcopo, & demum ceteri: quorum nonnulli curam habent animarum ut Parochi, & alii non habent: ut qui carent beneficio ecclesiastico, vel habent tantummodo simplex. De omnibus copiose disserit Azor in tomo 2. moral. institut. lib. 3. cap. 3. & 5. quem sciendi cupidus legere poterit: pauca tantum attingemus ut sufficiant ad nostrum institutum.

De Clericis constitutis in Episcopali dignitate.

SECTIO I.

Quod nonnulla obseruare oportet. Primum est, Episcopatus quatuor distinguuntur gradus in cap. Cleros, distinc. 21. Patriarchatum, Primatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum simplicem: Supra quos omnes Papatus dignitatis gradum obtinet supremum: qui inde in cap. Nemo quo. 3. dicitur Prime sedes: & ut ibidem habetur, ac in sequenti cap. Cuncta per mundum, vniuersos iudicat, & à nemine iudicatur. Et ratio est, quod Papa ei præsidens, D. Petri successor, non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur: ex cap. Quanto, De translatione Episcopi. Videri potest Azor in seq. lib. 4. à cap. 4. & in libro 5. per aliquot capita, ac Bellarmínus in tomo 1. Controversiarum: in quo late persequitur quæ ad Papæ in Ecclesia autoritatem pertinent.

Secundum est, cum Papa coniungi Cardinales, quia censentur esse pars corporis eius, quemadmodum habet Panormit. ad cap. 2. num. 2. De Clericis non residentibus, propterea quod cum eo iudicant totum orbem, prout idem addit, ex cap. Per venerabilem. Qui filii sunt legitimis: atque sunt ei, ut vulgo loquuntur, à latere tanquam Senatores: siquidem Ecclesia quoque suum habet Senatum, ex cap. Ecclesia. 16. quæst. prima. Illi ergo, pars corporis Papæ eadem ratione dicuntur, qua si qui sunt Principi à consiliis dicuntur pars corporis eius in lege Quisquis, Cod. Ad legem Julianam maiestatis. Quæ de Cardinalibus ipsi Azor in eodem libro quarto cap. 1. 2. & 3. & quæ de legatis Apostolicis ac ceteris officialibus Sedis Apostolicæ in seq. lib. 5. à cap. 27. habet, relinquere possumus ei, qui volet, videnta apud ipsum.

Tertium est, primam post Papatum dignitatem esse Pa-

42.

triarchatum, prout colligitur tum ex cap. Omnes, cum sequentibus, distin. 22. & ex cap. 1. 2. & 3. dist. 99. tum clarior ex cap. Antiqua, De priuilegiis. Vbi numerantur quatuor Patriarchales sedes post Romanam: quarum dignior ceteris esse Constantopolitanam, & post eam Alexandrina, deinceps Antiochenam, & postrema Ierosolimitana. Vbi adverte obiter Patriarchas quidem censeret ceteris Episcopis maiores: nihil tamen iuri habere præillis, nisi quantum sacri canones concedunt, vel præfata illis consuetudo contulit ab antiquo, quemadmodum dicitur in cap. Duo, De officio Ordinarii. Patriarchatū autem Primum proximum esse dignitate, ex eo intelligitur, quod Primates in prouinciis, & regnis habeant iurisdictionem super Archiepiscopos, & sicut loco Patriarcharum ex cap. 1. & 2. distin. 99. De qua re verba hæc habet Gratianus initio eiusdem distinctionis. Primates & Patriarchæ diuersorum sunt nominis, sed eiusdem officij. Ab Archiepiscopis autem quoties necesse fuerit, Episcopi ad Primates appellant, sed à Primitibus Archiepiscopos appellare non licet. Debenit ergo obedientiam Primitibus Archiepiscopis, in omnibus quæ sibi ab eis iuste fuerint imperata. Hac illle.

43. Post Primate dignitate Archiepiscopū succeedere proxime, nomen ipsum indicat. Ex eo enim Archiepiscopos dicuntur, quod in ista principis præfato Episcopis suffraganei suis: quos ei subditos esse appetit conflat ex causa 9. quæst. 3. cap. 1. 2. & 3. Qui etiam Metropolitanus ex eo dicitur, quod in prima totius prouincie ciuitate sedeat. Quislem eligendam esse Archiepiscopi sedem, habetur ex cap. 1. 2. & 3. distin. 80. Ex quibus selenquatur, postremam dignitatem inter maiores, esse Episcopatum: cuius ut cōmuni, ceteros minores subiecti, habetur ex cap. Abbates, & cap. Abbatibus, 18. quæst. 2.

Illi vero initium in cap. Olim, distin. 95. fuisse tradidit, quod cum olim Presbyteri baptizantes, eos quos baptizasset dicerent suos. & inter baptizatos oriretur schismavno dicente, Ego sum Pauli, alio vero, Ego sum Cepha, & alio: Ego sum Apollo: placuit Apostolis ad tollendum eiusmodi schisma, vnum ex Presbyteri præfere ceteris, & caput. Dice: eis constitutere cuius curia, ac sollicitudini, omnes basilica, omnia monasteria, omniaque alia Ecclesiastica cōmissa essent: sicut eis iure communis habetur ex cap. Regenda, 10. quæst. 1. & ex cap. Omnes basilica, 16. quæst. 7. & ex aliis ibidem à glossa non notatis.

Quæ de iuribus, potestate, autoritate, tum simplicium Episcoporum, tum aliorum, ipso superiorum tradit Autor in citato libro tertio cap. 31. & quinque sequentibus relinquimus apud ipsum videnda. Contenti enim esse possumus ad vitandum prolixitatem fastidium attingere ea ex quibus maxime iudicium de peccatis penderit: qualia sunt, quæ ex officio incumbunt Clericis constitutis in Episcopali dignitate.

Deis que ex officio incumbunt Clericis constitutis in Episcopali dignitate.

44.

Multa huius generis esse, constat ex iure canonico a. pud Gratianum in prima parte Decreti distin. 25. usque ad finem, & in 2. par. cauila 7. & tribus sequentibus. Item in Decretalibus & Clementi, atque Extrinag. tit. De officio ord. Odo autem vel nouenam præcipit indicit D. Paulus in priori ad Timoth. cap. 3. inquisit. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, viuis uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.

Primum igitur quod ex officio incumbit Episcopo, ratione cuius debet esse irreprehensibilis, est studiosum esse Christianæ perfectionis, ac cōtempus rerum mundanarum & pomparum, mortificationeque omnium humanarum affectionum. Ipse enim ex iis est, de quibus dictum est à Domino Matth. 5. Vos elliſtis sal terræ: quod si sal evanuerit in quo salietur? Ad nihil valet ultra, nisi ut mittatur foras & conculetur ab hominibus. Vos elliſtis lux mundi, &c.]

Secundum est, suam Ecclesiam amare, non secus, ac sponsus solet suam ynicam sponsam, non transferendo in aliam

suum affectum. Ideo enim datur ei in consecratione sua annulus in signum, quod cum in sponsam acepit fidem Ecclesiam, aliam querere, & optare non debat: quod id quidem id non casti sponsi, sed potius adulterii est.

Tertium est, formam fieri gregi ex animo, iuxta diuinum scriptum in epist. 1. cap. 5. vers. 3. quo nomine sobrium debet esse, moderata seculic mensa, & iuppellecile, moderatoque vestitu contentus, cuncta contemnens, quæ ad mundanam pompam, fastumque pertinere videntur: stude enim debet non minus vita exempli, quam salutati doctrina populum sibi commissum transferre ab amore facili, ad amorem Dei, tanquam à via perditionis ad viam salutis. Sic enim Dominus Ioan. 10. de bono Pastore ait: quod cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur quia scirent vocem eius.

Quartum est, regere Ecclesiam De quam acquisivit sanguine suo Act. 20. vers. 28, ratione cuius, prudens esse debet, vt discrete, prudenterue zelum diuini honoris temperet compassionē humanae infirmitatis, omnibus omnia factus, vt omnes saluos faciat: sicut de se testauit D. Paulus in priori ad Corinth. cap. 9. Vide eti potest D. Bernard. in serm. 2. de tempore resurrectionis: vbi trium illorum regni Dei iniquum, comp̄s ovis proximi, & de creationis, coniunctio necessaria Superiori in spirituali regimine iutorum subditorum, præclare differit.

Quintum est, studere & dificationi populi, iuxta illud posteriorum ad Corinth. cap. 2. Christi bonus odor sumus Deo & iis qui salvi sunt, & iis qui pereunt. Ratione cuius bene compositus, beneque ordinatus esse debet interior, & exterior in verbis, in actibus, in inciliis, in quiete atque in omnī conuersatione. Debet item pudicus esse, cum nihil sit, quod ipsius autoritate, & doctrinæ tam detrahatur apud populum, quam vita impudica.

Sextum est, hospitale esse seu in domo sua excipere hospitio: non tantum familiares, sed etiam peregrinos, & aduenas atque pauperes.

Septimum est, administrare verbum Dei, vnde Doctor esse debet, amplectens, vt habet idem Apostolus ad Titum 1. eum qui secundum doctrinam est, fidem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere.]

Octavum est, imbecilles souere, tanquam si nutriti soueat filios suos, secundum cumdem. Apostolum in priori ad Thessal. cap. 2. & præoccupato in aliquo delicto insfruire in spiritu lenitatis, ad Galatas, cap. 6. vnde non violentus & percussor, sed modestus esse debet verbis vñens quibus potius ad amorem, quam ad confusionem, vel iram, aut indignationem moueat.

Nonum est, commissum sibi populum, tanquam Christi gregem pascere: illius tum spiritualibus, tum etiam temporalibus necessitatibus, paterna cura subueniendo. In quam curam, tum ardentis amore Christi debet incumbere, vt ne vitam quidem exponere dubitet (iuxta illud Domini Ioan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro oibis suis) in exequendo diligenter boni pastoris munere, fru. Quo-simmo, iuxta illud D. Petri in epist. 1. cap. 5. Cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriam coronam: sicut ex aduerso pernicioſissima est negligientia pastorum pacienti scipium non gregem, iuxta ea quæ habentur c. 34. Ezechielis de taligenere hominum.

Requirit adhuc idem pascendi officium vt Episcopus non sit litigiosus, nec cupidus (intelligere turpis luci, ex c. i. epist. ad Titum) nec item superbus sit, nec irascens, quod proprium est non pastoris, sed furis, qui venit ut perdat, & mactet, iuxta Domini sententiam Ioan. 10.

His consentanea sunt quæ Concilium Trident statuit: primo quidem in less. 23. cap. 1. De reform. vt Episcopus in suo Episcopatu residet sub pena peccati mortalium, amissionis fructuum beneficii. Nam nequeunt præstare quæ debent illi qui gregi suo non intuigant, neque affiunt, sed mercenariorum more pro arbitrio illum deferunt. Secundo vero in ead. less. cap. 3. vt Ordines subditis suis conferat per semetipsum, neque impeditus, ad alium mittat ordinarios, nisi bene examinatos & probatos: quod est teneri prouidere, vt tantum promoueantur illi qui inuenti fuerint digni.

digni, secundum ea, quæ ibidem in sequentibus capitibus praescribuntur. Ceterum ut Ordines conferre, sic & alia, quæ Episcopalis Ordinis sunt, Episcopus præstare tenetur; vt confirmare, consecrare christina, templa, & altaria. Tertio, in sess. 7. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. iuxta cap. Cum in cunctis, De elect. vt beneficia conferat tantum dignis, Inamo sit sicut beneficia curata, vt dignioribus, dignis relictis minus conferat sub pena peccati mortalis, ex eadem sess. 24. capite 1. Quarto, in sequenti cap. quarto, & in precedentis sessionis quinta cap. secundo, vt Concionetur per seipsum: aut legitime impeditus, per alium idoneum Quinto, ex ead. sess. 24. cap. 3. De reform. vt visitet tota suam decemcim singulis annis, vel ad summum in biennio. Modus autem visitandi ibidem exponitur. Sexto in sess. 24. cap. 2. vt Episcopus annis singulis celebret diecestanum synodum: Archiepiscopus vero Provinciae synodum tertio quoque anno. Septimo, in sess. 6. cap. 3. vt prudenter & diligenter intendat ad corrigendum excessus subditorum. Vbi etiam sit ei potest Religiosos, quantumcumque priuilegios, extra monasteria degentes corrigendi, ac puniendo sicut Clericos laiculares. Octauo, in sess. 25. cap. 3. De reform. vt sobrie, magnaque circumspectione, nec sine gravi causa, seruataque iuriis forma, vratur sibi tradita potestate excommunicandi: cum experientia doceat, si temere, & leibus de causis excommunicationis gladius exercatur, magis contemnatur, quam formidetur: & perniciem potius adserat quam salutem. Nonno, in ead. sess. cap. 1. vt factis ipsis, ac vita actionibus (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus) se muneri suo conformem ostendat, sicut mores suos omnes componat, vt reliqui ab eo frugalitatis, modestiz, continentia, & humilitatis exempla petere possint. Decimo, in eadem etiam sess. cap. 2. vi public. t. Concilium ipsum Trident. Id quod eidem etiam Pius quartus in bulla approbationis eiusdem Concilij, precipit in virtute sanctæ obedientie. Quia eadem obligatio est publicandi bullas Papar, in quibus quoq; earum publicatio precipit in virtute sanctæ obedientie. Undecimo, in sess. 25. cap. 1. vt pauperum, ac cæterarum miserabilium personarum paternam curam gerat. De obligatione quam is habet faciens de elemosynam ex redditibus Ecclesiasticis quos percepit vltro necessariis ad honestam suam sustentationem iudicandum est secundum ea, quæ tradentur in sequenti tract. 3. tit. 1. cap. 7. De beneficiariorum obligatione expendendi fructus suorum beneficiorum in bonos vias. Duodecimo. Dicitur curare vt testamento mandentur executioni ex Clem. Quia cōtingit, De religiosis domib. & Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. De reformatione. Videntur eti Syluester in verbo Testamentum 2. quæst. octauo: & addendum quod ex eadem Clem. alias citatis, habet Co. ad cap. Cum tua, De testament. num. 7 & post eum Lud. Molina De iust. & iure tomo 1. tract. 2. disput. 24.9. dubio 2. id quod voluntate testatoris relictum est in vnum vnum, non posse converti ad alium autoritate Episcopi etiam interuenientem consensu executorum.

Ceterum in prædictorum officiorum omissione peccatum mortale ordinante committi, inde intelligitur, quod ordinante ea coniunctam habeat aut notabilem Dei irreuerentiam, aut notabile proximi detrimentum, vel scandulum. Ob quorum etiam periculum, is qui Episcopatum indignus admisit, tenetur sub mortalium relinquere, nisi se dignum reddat, ex cap. Ni. i. De renunciatione.

Atque istiusmodi quidem peccatorum generi obnoxius est Episcopus post suam consecrationem. Ante eam vero potest quinque modis peccare. Primo quidem, appetendo Episcopatum propter commoda huius vitæ, quod est peccatum mortale, etiam si quis non sentiat se indignum: quando ad eum ipsum Episcopatum desiderat propter bona temporalia, vt præferat ea saluti animarum: sive ut non curer probable periculum negligenter in tali officio versandi in animarum detrimentum: mortaliter enim peccat per tradita à Caet. 2. 2. quæst. 185. art. 1. & à Soto in 10. De iust. & iure quæst. 2. art. 1. in explicatione prima dubitationis. Ratio vero est, quod agat contra charitatem, cuius ordinem peruerit in eo, quod proprium temporale bonum præparat bono spirituali proximi, persequitur id quod institutum in

est tanquam medium ad finem. iuxta illud tritum. Propter effectum datur beneficium, eidem fini præferat: ac infideliter, & in notable detrimentum eorum quorū curam gerit, munus suscepimus exequatur. Quod si quis non dubiteret Episcopatu indignum, nec vello modo velit suo officio propter temporalia defesse, neque haec constituit illius finem: sed solum sit animo ita affectus, vt si temporalia commoda defenserit, nihil de Episcopatu curaret: non peccat plusquam venialiter ex Caet. & Soto ibidem, & Nauar. in Enchirid. cap. 23. num. 15. Ratio esse potest, quod talis peccet solum in ordinatione quadam appetitus temporalium, spectante ad aurarium, quæ venialis est suo genere, quando non includit damnum proximi, quemadmodum habet Nauar. in eodem cap. 23. num. 70. Appetere autem Episcopatum principaliter, ob eius officium ad salutem animarum institutum, etiam si mortale non sit: tamen ex Caet. & Sot. ibidem, vt plurimum est peccatum veniale: quia præsumptio quædam esse videtur, si quis se existimet dignum Episcopi officio, quod est altissimum, atque adeo (vt habet Concilium Trident. sess. 6. cap. 13.) Angelicis humeris formidandum. Veruntamen iuxta cap. In scripturis, 8. quæst. prima, excusat talis appetitus quanto necessitas Ecclesia ea exigit: sicut censor in terris vbi heres, vel ignorantia, vel morum depravatio viget: vel quando magnus animarum zelus ad eam impellit: eo modo quo in verbo Episcopus, quæst. 3. concil. 2. tradit Syluester, nempe non ut præfit quis, sed ut profit.

Secundo modo ante consecrationem peccare, & ut plurimum mortale, sicut in proper scandulum, potest quis procurando Episcopatum. Hinc enim id damnatur in cap. Mirarum dist. 6. & in cap. fin. 1. quæst. 6. & in cap. Per nostras, De iure patronus. Attamen si tanquam dignus non immerito habitus, eligatur: sua electioni consentiendo non peccat, ex Panorm. ad citatum cap. Per nostras. Immo nec procurando, si id necessitas Ecclesia requirat: vt si elegiretur alioqui omnino indignus, ex Caet. 2. 2. quæst. 100. art. 5.

Tertio modo ante consecrationem potest quis recipiendo Episcopatum peccare: & quidem mortaliter, si per vim, fraudem, subreptionem, vel simoniā recipiat, aut cum scia se eo indignus, vt pote carens qualitatibus quæ in Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. De reform. tanguntur, & ad tria principia capita reducuntur: nempe ad ætatis maturitatem, literarum scientiam, morum probitatem. De quibus diceimus in sequenti tract. 3. cap. 12.

Quarto potest quis peccare (nisi sit omnino indignus) recusando Episcopatum in duobus casibus. De quibus post D. Th. 2. 2. quæst. 185. art. 2. Syluester in verbo Episcopus quæst. 3. sub finem. Prior est cum à Superiori præcipitur ille sub mortali, suscipere Episcopatum, & omnino recusat. Posterior est, quando manifesta datur Ecclesia necessitas, eique Episcopatus offertur, etiamsi non præcipiat admittere. Neque talis excusabitur, quantumcumque votum fecerit de non suscipiendo inquam Episcopatum, prout habetur ex D. Tho. ibidem in solutione tertii argumenti. Et ratio est, quod votum intelligi debeat salvo iure Superioris, & exceptis casibus in quibus foret irrationalis: iuxta habitam ipsum in prædict. lib. 18. cap. 21.

Quinto denique peccare potest, nimis differendo suam consecrationem: quandoquidem ex decreto Concilij Trident. sess. 23. cap. 2. De reform. eam differens ultra tres menses obligatur ad restituendum omnium fructuum perceptorum, & differens ultra sex, iure ipso præfatur Episcopatu. An vero Episcopi, qui prius Religiosi fuerunt, teneantur perinde ac ante ad observantiam Religiosi instituti, D. Thomas tractatis 2. 2. quæst. 185. art. ultimum, statuit talem debere seruare ea quæ spectant ad suam religionem, exceptis iis quæ non consistunt cum statu Episcopali, vt claustrum, silentium, & si que sint alia. Videri possunt id fatis familiariter explicantes Gregorius à Valen. 2. 2. disput. 10.

quæst. 3. puncto 8. & Azor. in prima
parte Moral. instit. lib. 12. cap. 7.
quæst. 4.

S E C T I O III.

De Clericis habentibus dignitatem infra
Episcopalem.

47.

Prima huius generis dignitas est Abbatia, quæ inter prælaturas ponitur in cap. 2. De iudicis: Abbatum autem quædam sunt differentiae. Prima est, quod alij sint regulares; nempe qui monachorum collegii præficiuntur alij vero sint sacerdotes, qui toti collegio Canonorum Ecclesiæ collegiarum præficiuntur: nam alicubi tales præfecti vocantur Abbates; sicut & alicubi Priors, aut Rectores, vel Præpositi. Secunda differentia est: quod aliqui abbates vrantur insignibus Pontificibus, nempe mitra, & benedictione solemnissimæ alij nequam. Utuntur vero qui habent ad id à Papa præiugium; iuxta c. Abbatis, &c. Vt Apostolice: De præiugio in Sexto. Tertia differentia est, quod alij sint exempti à iurisdictione Episcopi, non item alij, sed Episcopo subiecti.

Secunda dignitas est Prioratus: qui distinguitur, sicut abbatia, in secularem, & regularem: Nam sacerdotalis dicitur, qui possideri solet per Clericum secularis, & regularis qui possideri solet per aliquam personam qua professa est religionis regulam. Vbi adiuvante, prioratum regularem dici coventualem, quando Præpositus per seipsum præfici contentui, nec vicariam alterius curam gerit. De quo in Clement. i. §. Ceterum, De statu Monachorum. Dicunt vero claustralem, cum præfici, vices agit alterius in claustru. Illius mentio est in cap. Cum ad monasterium, De statu monachorum §. penult. Verum hoc posterior modo dictus, non numeratur inter dignitates Ecclesiasticas.

48.

Tertia & quarta dignitas, est decanus, & præpositura. Dicitur autem Decanus, persona que ceteris honoratio est in toto capitulo Canonorum. De quo cum non habeatur titulus in iure Canonico, sicut de plurique aliis dignitatibus, officium ipsius & authoritas ex confundente aut præiugio penderit videtur. Quamquam illius mentio sit in cap. Dilectus 3. De præbendis, in cap. Constitutis in praesencia, De appellationibus, & in cap. Dilecto De se, tenuta ex communicationis in Sexto. Notatum est vero in omnibus fere Ecclesiæ Gallie consuetudinem obtinere, vt Decanus habeat iurisdictionem in Capitulum, seu collegium Canonorum, illique præfici. In Ecclesiæ vero Germania non Decanus, sed Præpositus, caput sit collegij Canonorum: quod Rota attigit decisione 451, in nouis De publicatione præpositura, textus habetur in cap. Quantius De verborum significi, vbi dicitur, Præpositus quidecum generaliter vocari omnes qui præficiunt, sed vnum obtinuisse, eos vocari Prepositos, qui quandam prioratus super alios curam gerunt. Quæ verba significare videntur præpositum est dignitatem in Ecclesiæ secularizatis: itaut ex Priorate coventionali, factus fuerit Præpositus in capitulo, & choro.

49.

Quinta dignitas est Archidiaconatus. Dictus est autem Archidiaconus, id est, princeps minister: ex eo, quod inter Diaconos seu ministros est Episcopi (quorum obsequio in executione sui muneriis vteatur, ne presbyteri quibus incumbebat cura ministrandi plebibus sacramenta, ab ea distraherentur) maximum omnium iurisdictione ab Episcopo ipso haberet: tanquam vicarius ipsius in omnibus: & ad quem omnis cura in Clerico pertineret: ex cap. 6. De officio Archidiaconi: itaut presbyter. Archidiaconi superior sit quidem Ordini & consecratione: non tamen iurisdictione: quam in omnes de Clero, atque adeo in presbyteros ille exercere potest. Vnde & Archipresbyteri subiecti illi esse dicuntur in cap. Adhac §. Archipresbyteri, titulo memorato, & in cap. 1. De officio Archipresbyteri.

Archidiaconus igitur est velut oculus Episcopi, vicaria illius curam gerens per totam Diœcesis: eiusque officium est ordinandos examinare, & Episcopo representare, ex cap. Vt nostrum De officio Archid. Cuius presentationis modum vide in cap. unico De scrutinio in Ordine faciendo. Item mittere in possessionem eis quibus fuerit ab Episcopo collatum beneficium, ex citato cap. Adhac §. In quadam. Item singulis annis Ecclesiæ suæ iurisdictionis visitare;

& quæ digna sunt correctione Episcopo renunciare: atque alia quædam ex cod. cap. Adhac, & ex c. Perlechtis, dist. 25. §. Archidiaconus. Ceterum quod iurisdictione, seu potestas Archidiaconi debet regulari iuxta consuetudinem obseruatam in Ecclesia, in qua est Archidiaconus: itaut non possit quid amplius sibi sumere, quam per eam conceditur, habetur ex cap. finali De officio Archidiaconi:

Sexta dignitas est Archipresbyteratus. Dicuntur autem Archipresbyteri, quasi principes, & præcipui inter presbyteros; ad quos absente Episcopo delatum est à iure munus celebrandi Missarum solemnia, ac curandi ut ceteri presbyteri suum munus recte obirent. De qua re titulus habetur extra De officio Archipresbyteri, & textus in ante citato cap. Perlechtis, §. Archipresbyter. Duplicis vero generis Archipresbyter constitutus fuit: quidam virbanus, qui præficit omnibus presbyteris verbis, in qua est sedes, seu Ecclesia Episcopalis: cuius officium proponitur in cap. Officium tit. memorato. Quidam vero plebanus, seu ruralis, qui non tantum vulgi imperiti curam gereret, sed etiam reliquorum presbyterorum, in pagis, castris, ac villis, prout traditur in cap. finali eodem titulo.

Sexta dignitas est Primicerij, sic dicitur, quod in cera, si tabula cerata, in qua psallentum Ordo in choro descriputus erat, primus esset. Hodie cantor vocatur, eiusque officium fuit præfici schola cantorum: vii plus cura, & opera, Clerici ad cantum desinati, lectione facrorum librorum, & optimis moribus instituentur: & cuicunque quid legere, aut cantare deberet assignare, supra citato cap. Perlechtis, §. Ad primicerium, & ex cap. unico De officio primicerij.

Otiosa dignitas est Præcentoris & Succentoris. Ut enim Primicerius schola cantorum, sic Præcentor choro eorumdem canentium in Ecclesia præficitur: ut choro in duas partes ad canendum alternatim diuina officia diuisio, ipse, cantum incipiat, antiphonaque inchoet. Qui vero ad ipsius absentis munus exsplendit constitutus erat, dictus est Succentor, & officium eius succentoria, in cap. Inter dilectos De excessib. Prælat.

Nona dignitas est Thesaurarij, qui idem in iure canonico appellatur tum Sacrista, tit. De officio sacrifizi, tum custos, titulo De officio custodiis. Ad eum pertinet sacrorum vaferum, reliquiarum, & vestium custodia, & quædam alia ex memoratis titulis.

Dicima dignitas est Cancellarij, ut appellatur in cap. Vt notarium De officio Archidiaconi: sive scholaltici, aur scholarici, ut ideo vocari solet, quod officium ipsius fuerit curare, inferiores Clerici choro addicti, artes liberales discerent, & bene legere scirent. Hodie, sicut & Thesaurarius, dignitatis habet titulum, cum officio canendi horas canonicas in choro: celebrandique cetera diuina officia.

Præter has sunt in Ecclesia Romana dignitates: de quibus videri potest Azor in tomo 2. Moral. Institut. libro 5. cap. 27. ad finem.

S E C T I O IV.

De habentibus Parochialeum animarum curam.

Quod curam habet animarum sine Ecclesiastica dignitate, dicitur Parohus Παροχής, id est, præbodo: ex quod sit Sacerdos ab Episcopo præfetus, ut plebi cibi diuini verbis, & sacramentorum, ad animas pacandas præbeat in certa dieceesis parte: quæ ex ipso dicitur Parochia, & tempulum in quod plebs ipsa conuenit ad accipendum verbi Dei, & sacramentorum pabulum, communiter, dicitur Ecclesia parochialis. Quamquam nomen ipsum parochia interducat pro tota dioecesi subiecta Episcopo sumitur, ut 92.c. 5. & 6. atque c. finali De Parochiis. Adhuc idem ob eamdem dicitur tum Curatus in Clementina Dudum, §. Verum De sepult. ex cura scilicet, ac onore administrandi sacramenta & proponendi verbum Dei populo: tum etiam Plebanus, in cap. Quod Dei timorem. De statu monachorum, & in cap. Super specula §. finali. Nec clerici, vel monachi. scilicet ex sollicitudine quam gerere debet plebis, certis limitibus (iuxta cap. Super eo, De Parochiis) inclusæ, quæ ipsius posttestati Ecclesiastica subiecta est.

Vbi

Vbi nota primo, quod cum duplex sit Ecclesiastica potestas: una in foro interiori ad absoluendum, & ligandum: altera in foro exteriori, spectans ad exteriorem disciplinam, & gubernationem Ecclesiastica hanc inueniri quidem in iis, qui dignitatem habent cum cura animarum: non tamen in Parochis; in quibus est sola prior, iure ordinario.

Nota secundo, iura Parochia haec numerari: primo, vt in ea populus baptisimū suscipiat; secundo, vt Eucharistiam in Paschate, & penitentiam semel in anno, ac Extremam unctionem suo tempore. Tertio, benedictionem nuptiarum. Quarto, sepulturam. Quinto, vt populus, in ea diebus festis Missam audiat: et si possit quis (dummodo ab situ contempnus) audire in alia parochia, iuxta cap. 2. De Parochiis, iuncta glossa finali. Sexto, vt decimas in ea soluat. Septimo, viitem primicias & alias oblationes ibidem offerat. De quibus videntur sunt Sylvestris, Tabiena, & ceteri Summularij in verbo Parochia.

Nota tertio, quamuis ad Parochiale beneficium non requiratur ut sit certus, iam sit initatus aliquo sacro Ordine, ex Sylvestro. Beneficium 3. q. in fine: is tamen debet intra annum Sacerdos fieri, ex cap. Licet canon. De electione in 6. Qua de re dicitur in sequenti tractatu tertio, num. 31. Adiuveri vero consequens esse ex hoc notabili, vt praeditus promoueri possit: intra annum, non seruato intermissione constituto in Concilio Trident. sess. 23. cap. 11. De reform. Quod idem iudicandum est iste de his, qui obtinent beneficia quibus annexa sunt onera dicendi Missam, aut cantandi Epistolam, vel Euangelium. Namque ius a talibus quoque exigit ut intra annum suscipiant Ordinem requisitum ad illa ipsa onera obcunda: qui quidem alioquin ipso iure priuener voce in Capitulo, & prout sint dimidius parte distributionem. Textus est expressus in Clementina. Ut iij qui Deate, & qualitate: cuius statutum Concil. Trident. innotuit in sess. 22. cap. 4. De reform. Atque si moniti ut promoueantur, ipsi recenti priuandi sunt beneficio, iuxta cap. cum in cunctis § Inferiora. De electione. Id quod procedit, etiam quando beneficium habet aliquem Ordinem annexum ex fundatione, statuto Episcopi, vel voluntate fundatoris vel ex confuetudine. De quare Tabiena in verbo, Beneficium 3. nu. 23.

Nota quarto in numero Parochorum ponit Vicarium perpetuum: qui auctoritate Episcopi canonice institutus, ius habet certam portionem ex beneficio accipiendo, nec potest ab officio amonteri, nisi eadem auctoritate Episcopi, ac iustis de causis: ex cap. Adh. 2c. De officio Vicarij: & ex cap. vnico. De cap. lis monachorum in sexto. Ceterum constitui solent Vicarij perpetui, ad populi curam habendam auctoritate Episcopi, quoties beneficium curatum vnit alteri Eccl. iij. vel Capitulo, vel Episcopatu, vel Academia, vel fabricae Ecclesiarum, vel monasteria regularium, vel alicui dignitati Ecclesiastica, vel collegio, vel hospitali, vel seminario, vel alicui altari loco pio, vel mensa Episcopi, aut alterius Praelati. Atque vicario perpetuo constituto in Parochiali beneficio, ille qui id ipsum habet sibi vnitum, liberatur ab onere seruendi per seipsum in eodem: quia tota ea cura, & onus transfertur in Vicarium ipsum perpetuum, qui ad id constitutus: & ideo assignatur illi ex beneficio vnipto portio sufficiens ad vitam, iuxta cap. Expiranda § penult. De pra. bendis, & cap. i. eod. in 6.

Iam quod vicaria perpetua habetur in numero beneficiorum, patet ex eo, quod auctoritate Episcopi detur in titulum perpetuum: & id Clerico tantum; assignata ipsi certa portione ob ministerium Ecclesiasticum. Licitque aliis sit principalior, titulum habens beneficij Parochialis: tamen eidem Vicario in eum habbit totum onus, cura, & administratio talis beneficij. Ineque est, quod perindeac Parochus, neque simul habere aliam vicariam perpetuam, aut aliud curatum beneficium: quod que debet: est 25. annorum, & ad sacerdotium intra annum promoueri, ex Clementina, De officio Vicarij.

De temporalibus Vicariis, qui ad vices Parochi gerendas constuantur: ut ad tempus, & ideo non sunt beneficij, videri possunt Sylvestris, & reliqui Summularij in verbo,

Vicarius. Et inter cetera, pro communi praxi, notari duo causas principi, in quibus Vicarius temporalis constitui solet. Prior est, quando quis duas Ecclesiis a que principaliter Parochiales vnitatis habet ex dispensatione legitima: tunc enim unus & idem est rector utriusque: & ideo non tenetur vicarium perpetuum in alterutra praeficere: sed vicarium ad tempus, quando ipse non potest, aut non vult seruire per seipsum; argumento cap. Et temporis, 16. quæst. 1. quod glossa ad cap. 1. Ne sede vacante, verbo vniendo, in fine usurpat in eamdem sententiam. Posterior causus est, in quo vicarius temporalis constituitur ratione peregrinationis, studii vel alterius occupationis utilis, & honesta Parochi. Constituitur inquam auctoritate Episcopi: sine cuius licentia ne tunc quidem Parochium postea sua Parochia recedere habetur. De consecr. distin. 5. cap. Non oportet, & cap. Relatum, De Clericis non residen.

Vicarius quoque temporalis esse potest Episcorum, & aliorum Praelatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem: quales sunt Praefecti Ordinum regularium, exemptorum ab Episcopi iurisdictione. De eo legi potest Sylvestris loco citato quæst. quarta. Spectantia ad iurisdictionem Vicarij temporalis pro foro interno tradidimus in precedentibus lib. i. cap. 6.

Porro Parochi officia, quæ incumbunt ei ex cura pastorali numerantur decem iam relata a nobis in precedentibus libro vigesimo cap. 5. sc. tertia. Peccata, quibus obnoxios est ratione sui status, sunt non pauca: quæ reduci posuerunt ad quatuor capita.

Ad quorum primum pertinent commissa in susceptione ordinum; nempe si suscepit cum inhabilis esset ad illos suscipiendos; aut simoniam commisit in susceptione, aut suscepit ab Episcopo non legitimo, aut ante ætatem legitimam, aut in mortali peccato, aut in irregularitate, aut in excommunicatione, vel suspensione, aut ad titulum falsi, vel facti patrimonij, vel beneficij, aut cum licentia falso obtentata.

Ad secundum pertinent commissa contra decentiam sui status: non gestando habitum Clericalem cum aperta tonsura: aut exercitia Clericis prohibita exequendo: aut ludis, vel choreis vacando, aut cum mulieribus commercium habendo, & sic de eiusmodi alii, iuxta ea quæ dicentur postea in tractatu 3. cap. 2. aut demum in recitando horas canonicas cum volunta distractione, aut alio defectu, ob quem debitum orationis pensum minime reddere censatur; iuxta dicenda in eodem tractatu 3. cap. 4.

Ad tertium pertinent commissa contra indebitum, vsum sacerdotalis Ordinis, ut si Missam celebravit absque debitis ornamentis, aut si omisit adhibere materiam, & formam debitam, cum necessariis ceremoniis in administratore sacramentorum, aut si conscius fobi peccati mortalis Missam celebratur, non est confessus, habens copiam Confessarij: vel non ieiunus celebravit, vel calices, & cetera ad tantum mysterium necessaria, non habet munda, & bene parata: nec satis cauerit, ne quid de Christi corpore aut sanguine illi excidat, aut si Missam dicat post pollutionem etiam dormiendo habitam, si quidem caufam mortalem ei dederit: aut si dicat pro strigibus, aut in quemcumque finem mortaliter malum, aut saepius dicat eodem die sine legitima facultate: aut si confessores audiuerit non satis attente, vel sine sufficienti auctoritate, & scientia, aut alieni absolutionem sacramentalem impenderit, cui non poterat: aut aliquid in confessione auditum detexerit: aut interrogari vel iniunxerit, quod non debebat: aut omisit inquirere, vel iniungere: quod debebat: aut in dubiis peritiore non consuluerit, aut male iniunxerit penitentiam.

Ad quartum spectant commissa circa proprium Parochi munus: non residendo in sua Parochia, nec suo gregi afflendo sicut tenetur; non dicendo Missam omnibus diebus festis, quibus illam Parochianam audire tenentur, & aliis diebus quibus necessitas exigit propter defunctos, aut nuptias, aut propter aliquam specialem consuetudinem, vel constitutionem, quæ illum adstringat ad dicendam: aut non docendo populum sibi commissum, vel sacramenta ei non ministrando, cum necessitas postulat, vel recusando ei tem.

ei tempore, aut spiritale subsidium, quod ex officio debet ei praestare. Vbi aduerte Parochum, sicut & alios beneficarios, teneri in pauperes erogare, quidquid ex fructibus sui beneficii superfluerit ei ultra suam honestam sustentationem, iuxta late tractanda in sequenti tract. 3. cap. 7. Præter antedicta peccata, quibus post acceptum beneficium Parochus obnoxius est; ante acceptum potest, *quemadmodum de Episcopo dictum est*; quinque modis peccate, nempe appetendo curatum beneficium, procurando, recipiendo, refudando & differendo nimium suam ordinationem; iuxta c. Licet canon. De elect. in 5. in quo statuitur ut si qui accipit curatum beneficium illud perdat ipso iure nisi intra annum fiat Sacerdos.

Aduerte tamen differentia in duobus casibus, in quibus procurari potest beneficium euratum, *dummodo a' sit scandolum*, etiam si Episcopatus non possit. Prior est, quem habet Caer. 2. 2. quæst. 10. art. 5. quando curatum beneficium nulli datur nisi petenti; & petens alias dignus est; & mouetur ex charitate erga Ecclesiæ cui prodebet cupit, nec cuiquam præiudicium adferat. Posterior est, quem tradit *A milia in verbo*, *Beneficium*, na. 39. quando Clericus indigens est, ac necessitate presus; & cum dignus sit, beneficium curatum petit, ut potius ea ratione sibi subueniat, quam cum virtutio Ordinis Sacerdotalis mendicit.

De iis qui beneficia (& ex consequenti officiis) habent sine dignitate, & animarum cura.

SECTIO V.

Inter beneficia Ecclesiastica, nonnulla sunt quibus nulla inest aliudrum beneficiorum qualitas; puta nec iurisdictio, nec administratio rerum Ecclesiasticarum, nec dignitatis titulus, nec cura animarum, appellanturque simplicia, eo quod simpliciter sibi retineant nomen beneficij; quemadmodum vota, aut pacta, quibus non inest certa aliqua iuris solemnitas, id est, non testium adhibito, non stipulatio, aut litteræ, aut aliqui alii ritus ecclesiastici, aut ciuiles; dicuntur vota, aut pacta simplicia. Talia habentium onera & officia, sunt vel dicendi horas canonicas, vel psallendi in choro, vel certis diebus dicendi Missam, vel certis temporibus ministrandi, ac seruendi in Ecclesia. Item talium varie sunt species; inter quas præcipua est Canonicatus. Qui quamvis nec animarum curam annexam habeat, nec iurisdictiōnem, nec dignitatis titulum: habet tamen aliquid eminentiæ, ornati, & decoris in Ecclesia. At cum alius sit Ecclesiæ cathedralis, & alius collegiatæ, ille est honoris eminentioris; ita ut inter beneficiarios simplices, dignissimi censeantur Canonicci Ecclesiæ cathedralis: quinque Sacerdotes Cardinales dicuntur, in cap. 2. De officio Archipresbyteri: tanquam primarij & præcipuij ad diff. rentiam Sacerdotum, qui in inferioribus Ecclesiæ resident. Quod nihilominus nomen nunc de solis iis qui pertinent ad Romanam Ecclesiam, que omnia Ecclesiarii caput est, intelligi solet. Eorum enim dignitas adeo aucta est, ut ipsorum lumine quasi obfuscari reliquarum Ecclesiæ Cardinales, suum nomen amiserint, prout subindicat glossa finalis ad cap. Pudor. 32. quæst. 2.

Definiri vero potest Canonicatus ius habendi locum, & sedem in choro, ac vocem in Capitulo ex electione & receptione, qua quis in fratrem inter Canonicos cooptatur. Cuijuslibet annexum percipiendi prouentus Ecclesiasticos ratione officij, cui Canonicus seruit; seu Canonicus debitos ob præsentiam ad cantandum in choro, & vocem habendam in Capit. Cuiusmodi ius nomine præbenda stet. Et sumptu significari solent: quod late sumptum comprehendit quoque ius percipiendi prouentus Ecclesiasticos ratione officij, cui quis seruit tanquam Clericus ministrans in diuinis; non tam specialiter tanquam Canonicus. Sumptum latissime extenditur ad hunc ius percipiendi fructus Ecclesiasticos ratione laboris, & officij temporalis: cui quis, etiam si laicus, seruit in Ecclesia. Qua ratione Aduocatus Ecclesiæ, Syndicus, Procurator, Oeconomus, dicitur habere certam, & ordinariam præbendam.

De obligationibus specialibus Canonorum, *preferit*

Ecclesiæ Cathedralis, legendum est Concil. Trident. sess. 2. 4. cap. 12. De reform. Illa autem maxime specialis est, quod interesse debent diuinis officiis in choro. Cui non satisfacientes priuantur distributionibus quotidianis, per cap. vniuersitatem. De Clericis non residentibus, in 6. innovatum à Concilio Trident. in citato cap. 12. ita ut teneantur ad perceptam restitucionem. De qua re vide potest Azor in 2. parte moralium Institutionum lib. 7. c. 7. cum Couar. in lib. 3. 7. vii. riarum resol. cap. 13.

Secundam speciem beneficiorū simplicium constitutae Portiones: sic dicta; quod sint ius percipiendi partem aliquam prouentuum Ecclesiæ, assignatam Clericis habentibus curam & officium horas canonicas in choro cantandi cum Canonici. Qui constitunt capitulum, seu collegium argumento cap. Dilæcta, De excessibus Prælatorum, Nec vocant ad communis tractatus cum Canonici, ut habet glossa ad cap. penult. verbo, *Afflos. De clericis non residentibus*. Sunt autem, sicut & Canonici, quidam cathedralis Ecclesiæ, & quidam Ecclesiæ Collegiatae.

Tertiam speciem constitutam Capellaniæ sic dicta à Capella. Sumitur vero ipsum capella nomen prout ad rem nostram pertinere potest; nonnunquam pro altari aliquo constructo in templo: nonnunquam vero pro loco aliquo sacro posito quidem extra templum, sed ei contigit: nonnunquam autem pro simili loco disiuncto, ac separato à templo: & demum nonnunquam pro aliquo loco ad factos vius deputato in domibus priuatibus, quod solet dici oratorium. Titulus est particularis in Decretalibus, De capillis monachorum, quo nomine significantur loca sacra, *per sacramentum, prioratus, aut templum*, alicui conuenientia religiorum subiecta.

Non omnis autem Capellania est beneficium, sed solum ea quæ est collativa: ut cum Medina docet Nauar. De ratione cap. 20. nu. 17. Vbi audit collatiua dicuntur quæ instituta est auctoritate Papæ, vel Episcopi: non collatiua vero, quæ instituta est auctoritate priuata a solo testatore, vel donatore circa auctoritatē Papalem, vel Episcopalem: quæ siue non est beneficium, ita nec inducere obligationem recitandi horas canonicas, ut idem quoque auctor addit: & potest a fundatore cui placuerit, *dummodo idonei*, sine Episcopi institutione conferri, ut notat Guido Papæ in decr. 187. Ita ut capellaniæ aliquam beneficium esse iudicari debat ex eo, quod in illa conferenda, cum patroni nominatione exigatur Superioris Ecclesiastici institutio, qua intulit, & in perpetuum conferatur ad modum aliorum beneficiorum.

Cæterum onus capellaniæ collatiæ, præter illud recitandi horas canonicas, aliud est: nempe Missas certis anni temporibus iuxta formam in fundatione prescriptam, dicendi in altari, vel capella, vel Ecclesiæ, vbi ea instituta est. Nam capellaniæ institutio spectat eo, ut a Capellano certis anni temporibus Missas sacrificium celebretur. Jam ad natum capellaniæ accedunt fundationes, quæ ex eo dicuntur obitus, quod constituti sunt certitudinis, ex quibus in perpetuum, pro anima fundatoris qui obiit, preces aliquæ fiunt quotidie, vel aliquo anni tempore. Tales autem sive capellaniæ, approbatæ ab Episcopo rationem beneficij habent alias non.

Porro difficultas est: An præstimonium quartam beneficiorum simplicium speciem constitutat. De qua in vtramque partem plures Autores resert. Azor in tomo 2. moral. institu. lib. 3. cap. 7. & affirmantem meritum sequitur: quia in cap. Quoniam, De concessione præbende in 6. præliminum inter beneficia Ecclesiastica numeratur: & Plus quintus in Bulla quam Nauarr. in Enchir. cap. 25. num. 122. resert, illud habendi imponit onus recitandi horas canonicas tanquam beneficiario: ut potest cui ex bonis Ecclesiæ portio datatur: prout Clericus est: inquitque accipere ius, conditione habet beneficij: siquidem non potest acquiri nisi canonica institutione, nec potest conferri sub aliquo pacto absque labore simoniae: nec nisi auctoritate Prælatorum Ecclesiastici, nec alteri quam Clerico, nec aliter quam in perpetuum conferri: idque propter officium Ecclesiasticum: dicendi sicut licet horas canonicas, quod habet annexum. Negat resert quod ab initio instituta fuerint præstimonia, vel pro subiunctio adolescenti.

adolescentium vacantium literis, vel in subfidiū pugnatum pro fide contra infideles: quoniam fieri potuit ut processu temporis fuerent: beneficia, qua haberent onus annum sicutem dicendi horas canonicas. Quo modo intelligendum est quod dicantur pensiones in titulatu. Videri possit Suarez De religione tract. 3. lib. 4. cap. 25 & tract. 4. lib. 4. cap. 2. num. 7. & aliquot sequentibus, ut Azor. loco citato.

De commendatariis, Coadiutoribus, & Hospitaliis.

S E C T I O N . VI.

Qvia non semper occurrit persona idonea ad beneficij custodiā, & administrationē, ipsum interea consuevit commendari alieui, qui curam illius gerat, quoad de idoneo prouideatur: vnde à commēdando dictus est commendatarius. Etsi autem de iure communī dari debet commendā ad tempus certū; quod ad summum sit sex mensū, ex cap. Nemo. De electione in 6. tamen Papa potest quodcumque beneficium dare in commendā perpetuā quando legitima adest causa: sine qua non potest licet e propter dāmina quæ alioqui Ecclesiæ inde prouenirent, & particuliribus inferrentur.

Quod autem Episcopus possit in commendā dare beneficium parochiale, obseruat̄is quinque cōditionib⁹, habetur ex supra citato cap. Nemo. Quarum conditionum, prima est, vt ille cui datur sit 25. annorum. Secunda, vt sit Sacerdos. Tertia, vt non habeat aliam commendā. Quartā, vt non detur ad plures, quam sex menses. Quinta, vt sit euēns Ecclesiæ necessitas, vel vilitas. Quæ si cesseret ante tempus definitum, potest beneficium conferre alteri perindeā finitū sex menses. Post quos si necessitas, vel vilitas adhuc duret, potest continuare commendā, donec possit de idoneo prouidere, alias non: ex glossa fina i' idem cap. Nemo, ne felicitate statutū ludibrio habeatur debito que tristiter effectū vt dicitur in c. Commissa, De electione in 6. Beneficium autem commendandi etiam tantummodo ad tempus autoritatem non habere inferiores Episcopo, qui possunt ex priuilegio præscriptione, vel consuetudine illud conferre: notat Azor in tomo 2. moral. in fit. lib. 6. cap. 31. quæst. ii. Sed contrarium non videtur probabilitate carere. Cum enim maius sit conferre beneficium quam ipsum commendare: sati probabile est, qui potest illud, posse & iſtud præfert cum ius non appareat resisteret.

Dificultas est autem de commendā perpetua: An sit proprie beneficium, & canonicus titulus. Cuius partem affirmanter Doctores Gallos, & negant Doctores Italos sequi notat Azor in precedentī quæst. 5. Sed prauī refert ad nostrum institutum sive dicatur sive negetur esse propri beneficium, dummodo concedatur & qui parati beneficio, quod quidem minimum concedendum esse, alii scitatis Suarez indicat, De religione, tract. 3. lib. 4. cap. 27. quandoquidem per illam detur curia iuridicō quoque ordinaria, aut sicut ordinaria: ac commendatarius ad modum beneficij, impeditur accipere aliud beneficium incompatible, ex decreto Concilij Trident. sess. 7. cap. 4. De reform. Accedit quod ad modum beneficij commendā perpetua ad totam vitam fiat: & commendatarius possit ex redditibus beneficij commendati vivere: super iisdem transire, a eos vēdere: liberari que habeat potestatē in temporalibus, & spiritualibus, non secus ac is, qui antea titulum habuit. Id quod confare potestrum ex formula, qua in commendā perpetua beneficia dari solent à Papa: commitendo illis eorum gubernationem, & faciendo potestatē ex redditibus, fructibus, & prouentibus illius disponendi, & ordinandi, sicut illi qui habuerunt in titulum, disponere & ordinare potuerint, ac debuerunt. Nota ex Syl. in verbo, Comenda sub finem, dari quatuor casus in quibus peccatur mortaliter habendo monasterium in commendā. Primus est, quando habens illud non erit eo vero. Secundus quando notabiliter dignus cultus inde minuitur in monasterio. Tertiū, quando monastica disciplina ideo dissoluitur. Quartus quando graue scandalum inde sequitur. De commendā plura, tum summularij in ipso verbo, Comenda:

tum alij ut Comes in regulām Doctriinali possessione, quæst. quinta & Rebussus in praxi benefic. 2. part. tit. De commenda.

Quod attinet ad Coadiutorem: is nomen habet ex auxilio spirituali quod prestat beneficiario. Triple autem distinguuntur: unus qui assumitur à Beneficiario ad aliqua officia minorā, tanquam commissarius: constituique potest à quocumque beneficiario, quod officia illa, quæ ipse alteri committere potest: ac etiam pro ciuilem voluntate desit, seu amoueri à tali officio.

Alter iste, qui est assumitur ad omnia beneficiarii officia, non tamē vt ei succedat post eius mortem. Atque talis non solet dari beneficiario simplici: sed Episcopo, aut eo, sive superioribus, sive inferioribus curam animarum habebit: idque (iuxta cap. De Rectoribus, cap. Ex parte, & cap. finali, De Clerico ægrotante, iuncto cap. 6. Coneilij Trident. sess. 21. De reform.) his de causis: prima ob senium, quo confessus est beneficiarius. 2. ob infirmitatem corporis, quando est morbo fractus. 3. ob infirmitatem animi, qua sit mente captus. 4. ob insufficiētē literarum. 5. ob negligientiam, qua exilens pastor, negligenter suo munere fungitur. Atque talis Coadiutoris officium est, argumento cap. 2. De suppleanda negligētia prælatorum in 6. facere omnia ea ad quæ praefanda datus est Coadiutor. Ipse vero nec Pastor, nec Prælatus, nec beneficiarius censetur esse: quia non habet titulum beneficij, vel prælatorū: sed tantum exercitium curæ pastoralis: propter quod recipit portionem redituum ciuilem beneficii ad congruam suam sustentationem: ultra quam nihil potest de iisdem sibi accipere, aut alienare.

Porro in beneficiis parochialibus, & ceteris Episcopatu inferioribus, causa iusta interueniente potest (congruentē cap. De Rectoribus, & cap. finali, De Clerico ægrotante) iustusmo de Coadiutori dari ab Episcopo: aut etiam ex Syl. in verbo, Coadiutor. q. 2. in fine, ab alio Superiori, quod intelligendū de Superiori, ad quem pertineat collatio, aut institutio, admissioque cessionis talis beneficij. Verumtamen in Episcopatu, & aliis superioribus Prælaturis, Coadiutor tantū datur à Papa: exceptus duobus casibus, ex cap. vno, De Clerico ægrotante in 6. Prior est, quando Episcopus habet perpetuum impedimentū, vt senio vel alia infirmitate perpetua confessus: ita ut officium suum obire nō possit: tunc enim de Capituli sui consensu, potest vnum, vel duos Coadiutores assumere. Posterior est, quando Episcopus incidit in amentiam: tunc enim si amentia est perpetua, Capitulum potest ei constitutere vnum, vel plures Coadiutores cū consensu ipsius, si habens lucida interualla, illum præfare possit. Ipso autem recusat̄ consensu præbere, res est ad Se- dem Apostolicam fideliter defenda: non autem à Capitulo propria autoritate cogendus, ex eod. cap. vno. Ceterum quia talis Coadiutoria non instituitur in communitate personæ, sed Ecclesiæ, durat quādū Ecclesiæ necessitas, vel vilitas durat. De his vltra ea quæ continentur in Decretalibus, titulo De Clerico ægrotante alia habentur 7. quæst. 1. octodécim primis canonibus.

Tertius Coadiutor est, cui tunc cum in tale officiū assūmitur, facultas, & ius datur ut mutuo beneficiario succedat ei in beneficio. Huius vñum Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. De reform. abrogat, & merito quia reservationes certi beneficij, à certa persona posselli, non minus luctuosae sint, & odiosæ quam pačta de futura successione, vt ratio & experientia docent, notaturque in cap. 2. De concessione præbende, & in cap. Detestanda, cum sequenti eodem tit. in 6.

Sunt autem tres conditiones tæx in Concilio Trident. loco citato, per quas iustificari potest talis vñus. Primus est, si vilitas Ecclesiæ requirat talem Coadiutore, qualis est, cum sic constitutus Coadiutor, maiorem autoritatem habebit in gubernanda Ecclesiæ, magisque exercabitur ad peragendum rite suum officium, oues sibi commissas tanquam proprias agnoscent, amans, & pascens, aut magis amabitur, ac coleretur à subditis, qui & ideo magis illi obedient. Secunda proposuit est, si Pape dispensatio interueniat, qui solus coadiutorem cum futura successione dare potest pro plenitudine potestatis, quam habet supra omnia beneficia, ex cap. Proposuit, De concessione præbende. Tertia est, si

est, si Coadjutor ille habeat omnes qualitates quas ius canonum in eiusmodi beneficiario requirit.

Nota obiter de duobus priorib. Coadjutoribus tertium esse quod iij non sint proprii beneficiarij: sed de hoc tertio dubitari posse: tum quia solet constitui de consensu beneficiarij cui Coadjutor datur: ita ut eiusmodi Coadjutor videtur quodammodo vim habere, & naturam resignacionis. Eo ipso enim, quod quis consentit suu beneficium alteri conferri, videtur eidem cedere. Tum quia talis Coadjutor ius in perpetuum habet in beneficio, & agnoscitur ab omnibus, & agnoscit uices tanquam proprii pastor. Sed cum Nauarro, & aliis quos ipse citat in tractatu De oratione cap. 20. num. 18. tenendum est contrarium: hoc est, ne Coadjutorem quidem perpetuum, esse proprii beneficiarium: quia est alius qui habet talis beneficij titulum nec in eodem beneficio, aliud estius Coadjutoris, quā succedit in illo post mortem alterius. Habet vero administrationem, & exercitium curæ annexa ipsi beneficio: quoniam a sumptu est tanquam adiutor ad ferenda onera administrationis, & curæ illius.

39. Quod demum attinet ad Hospitalarios: notandum est duplex esse hospitale, vnum, quod in iure dicitur Religiosu: & est illud, quod auctoritate Episcopi aedificatum est ex cap. Ad hanc, De religiosis domibus. ad Episcopumque ipsum pertinet procurare, vt redditus eius in viuis destinatos expen-

dantur. Alterum est non Religiosum, quod absque auctoritate Episcopi extructum est neque ad Episcopum ipsum, sed ad patrum eiusdem hospitalis, etiam si laicus sit, pertinet procurare, vt redditus eius in viuis destinatos expendantur. Non ponuntur autē hospitalarij in numero beneficiorum, argumēto Clementina. Per literas, De p̄bendis. Eā ratio est, quia instituitur hospitalia non quidem ad sustentationem Clericorum ob ministerium spirituale, sed ad pauperum alimoniam: ipsique hospitalarij possunt esse laici, & qui tanquam tutores, curatores, aut gubernaores locum, & res hospitalis administrarent ex Clementina, Quia contingit, &c. Ut autem Dereligionis domibus, Aliquando tamen solet hospitale Clericis in titulum beneficij conferti. Ac primo, cum in illius fundatione dictum fuerit, ut in titulum detur alicui Clerico, qui illius bona dispenset: secundo, cum habet collegium Clericorum sine secularium, sive regularium, a quibus eligitur hospitalarius secundum praescriptam formam electionis canonice (de qua late Sylvester verbo, Electio, 2.) quoniam tunc electus, & a Superiori confirmatus curam habet, & iurisdictionem in collegium; a quo electus est, unde sicut beneficiarius censorur. Denique quando hospitale vnitum est beneficio Eccl. saisticō. Tunc enim cum accessum sequi solet naturam principalis, dicitur beneficium.

TRACTATUS SECUNDUS.

De irregularitate, tanquam impedimento sive suscipiendo sacramentum Ordinis, sive susceptum exercendi.

HIC tractatus instituitur à Summularijs in verbo, Irregularitas, à Nauar. in Enchir. cap. 27. à num. 191. ad 251. à Couar. ad Clement. Si furiosus, De homicid. à Feliciano, & Borgiallo, Alfonso à Vivaldo, Maiolo, ac aliis, quos hi duo referunt initio suorum tractatuum, vt & Henriquez temo 1. Theologiae moralis initio libri 14. quibus nouissime accesserunt Suarez tomo 5. in 3 partem D. Thomæ à disputatione 40 ad finem usque, & Stephanus de Aula in tractatu de censuris parte ultima. Atque de irregularitate, nullus quidem inuenitur peculiaris titulus in iure canonico: multa nihilominus sparsim de ea habentur, postea commemoranda.

TITULUS PRIMUS.

De iis, que uniuersitatem ad Irregularitatem.

Ntres autem titulos hic tractatus distinguimus comode potest: quorum primus sit de iis, que uniuersitatem ad irregularitatem. 2. specialiter sit de irregularitatibus proueniensibus ex defectu: & ex facto, sive delicto. & 3. de prouenientibus ex delicto. Ad tria vero capita reductentur in primo titulo tradēta: vt vnu sit de nomine, definitione, & divisione irregularitatis: & alterū complectetur generalia documenta de irregularitate, facultas ad rationem iudicandi de peccata, sive proposita: & in tercio agatur de modis quibus irregularitas tollitur.

CAPUT I.

De nomine, definitione, & divisione Irregularitatis.

SUMMARIUM.

1. Unde dicitur: irregularitas, & varia formulae verborum quibus in iure indicatur.
2. Generalis iei: iti irregularitatis.
3. Ius canonica est, ausa irregularitatis: & quid, si ipsum sit dubium.

4. Quod ea fundatum habeat in iure naturali, & quatenus in iure diuinopositiuo.
5. Materialis causa: regularitatis factum, & defectus: sive patens: sive lateant.
6. Eff. illius formalis irregularitatis: ratione cuius, quatenus à ceteris distinguatur.
7. Eiusdem finis, & divisio.

REGLARITATIS nomen, si vim illius spece, significat generaliter regulæ priuationem: sed vnu Ecclastico, quem in præfencia sequimur, specialiter significat impedimentum recipiendi Ordines Ecclesiasticos, aut exercendi susceptos. Cum enim regula juris, vt in sequentibus patebit, non admittant indifferenter quoscumq; ad susceptionem, & vsum Ordinum: iij quia tales non sunt, quales volunt canones esse, circa Ordines suscipiendos aut susceptos administrando; dicuntur irregulares, & ipsorum impedimentum irregularitas: vt de senten. & reuocata, & De senten. excommuni. utrobique cap. 1. in 6. Quid idem impedimentum adhuc in iure canonico variis aliis nominibus indicatur, prout ex Maiolo, Couarruia, & aliis citatis annotat Henriquez in memorario lib. 14. cap. 1. §. 1. Easont: non audeat promoueri Non aspirat ad Ordines. Non promoveatur, Prohibetur ordinari. Non adducatur ad ministerium altaris, ad ministerium Ecclesie admitti non potest: Sacerdotij officio alienus sit. Prohibetur à Sacerdotio, à clericali officio cogatur abstinere. Cessabit à Clero, non potest suscepito ministerio perfici. Deiicitur officio vel officio